

sess. 22 de reformat. (38. Hospitale aliquod visitare volenti, si opponatur exceptio, quod sub immediata regum protectione existat, non ad secularem judicem, sed ad ipsum episcopum talis exceptionis cognitio, et definitio pertinet; sac. congr. Conc. apud Lezanam tom. II, cap. 6, num. 11, et apud Barbos. in Summa apostolic. decis., verb. *Hospitale*, num. 7, et apud alios ibi citatos (59).

(39. Ad hoc tamen, ut Hospitalia sub immediata protectione regum existentia sint immunita a visitatione ordinariorum, debent esse talia a primæva sua fundatione. Nec sufficit, si hospitalia accipiantur ex post a rege sub immediata sui protectione, ut eximantur a jurisdictione ordinarii. Habentur ad hoc responsa, et decreta sac. Cong. in una Messanen. vide d. verb. *Administratio*, num. 15, 16, 17 et 18, ubi ad litteram dantur.

(40. Ordinarii visitare, corrigere, et reformare possunt Hospitalia omnia, etiam si privata sint laicorum in casibus a jure concessis, scilicet ob negligentiam, vel ob dilapidationem bonorum, et ut testatoris voluntas servetur; sac. cong. Conc., testibus Barbosa in d. Summa, n. 1, et Armendar. Marta, et Lezana ab ipso ibi citatis. (41. Hospitalia privata possunt ordinarii visitare, corrigere, et reformare in iis tantum, quæ ad observandam voluntatem fundatorum pertinent et ex decreto concil. Trident. sess. 22, cap. 9, de reform. exigere rationem ab administratoribus ipsorum Hospitalium, una tamen cum illis deputatis, quibus ex consuetudine ratio reddenda sit; sac. congregat. Concil. apud Barbosam loc. cit., num. 5, et apud Armendar. ab ipso ibi cit. (42. Hospitalia etiam unita, in quibus Ecclesiæ sunt, vel assidue divina officia celebrantur, et bona eorum non sunt distincta debent ab ordinariis visitari; sac. cong. Conc. apud Lezanam in Summa q. q. Regular., tom. II, c. 6, num. 11; Barbosa, loc. cit., num. 3. (43. Hospitalia quamvis debeant visitari ab episcopo vigore con. sess. 22, cap. 8, de reformat., non inde tamen prohibetur, quin et iudices seculares eadem visitare possint, si hoc eis alias legitime competit; sac. cong. Conc. apud Barbosam loc. cit., num. 4, et Armendar., et Lezanam ab ipso ibi cit. (44. Hospitalia administrata a fratribus S. Joannis Dei non sunt exempta a jurisdictione ordinarii, nisi solum quoad regularem observantiam; sac. cong. Conc. in Avellina 12 Jan. 1630, apud Barbosam loc. cit., num. 12, et apud alios ab ipso ibi cit.

(45. Vicariæ perpetuæ parochialium unitarum seu incorporatarum Hospitalibus, et aliis ecclesiis, collegiis, vel locis piis, in quibus non proprie parochus, sed vicarius habens solum exercitium curæ, ponendus est, non conferuntur per concursum, sed solum ad nominationem, seu præsentationem repræsentantium Hospitalis, collegium, vel locum pium, cui parochialis unita est, seu

(59) Cui animadvertens resolutioni, Zipæus in jure novo, tit. de religiosis domibus, num. 8, ait: Quod credo verum, dum talis exceptio quasi incidenter episcopo ad visitationem talis Hospitalis se

ejus vicarii prævio examine ordinarii, conferuntur; sic expresse statuit S. Pius V, in Constitut. 47, incip. *Ad exsequendum*, ubi § 4, sic ait: « Volumus insuper, et ita mandamus, quod dicti vicarii perpetui non ad liberam ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum ecclesiis unitis ponuntur eum ipsorum ordinariorum, seu eorum vicariorum prævio examine, et approbatione deputentur: » Nec immerito, nam propter unionem perpetuo factam ecclesia parochialis censetur accessoria alteri ecclesiæ, collegio, Hospitali, loco pio, etc. cap. *Exstirpandæ* 30, § Qui vero, de præbend. atque per se nunquam censetur vacare juxta Clementinam unic. de Excessibus prælatorum, § *Quidam etiam Ecclesias*, sed assumit naturam, consuetudines, et privilegia principalis, cui est annexa; Glossa cap. unic. Ne sede vacante, verb. *Uniendo*. Simulque in ea attenditur tantum qualitas, et natura beneficii principalis, non autem accessorii: arg. Clementin. per litteras cap. 2, de præbend. juncta regula 42 juris in 6: « Accessorium naturam sequi congruit principalis. » Unde Tridentinum requirens concursus in collatione ecclesiarum parochialium, non habet locum in vicariis seu ecclesiis perpetuo, et accessorie unitis Hospitalibus, collegiis aliisque locis piis, ubi vicarii, seu parochi habent solum exercitium curæ; Rota part. 2, recent. dec. 579, num. 10, et decis. 710, num. 1, et part. 4, tom. I, decis. 352, num. 6, et sæpe alibi.

(46. In alienatione bonorum Hospitalis erecti auctoritate episcopi requiruntur solemnitates requisitæ in alienatione bonorum ecclesiasticorum; Pignatell. tom. IV, consult. 21, num. 1, cum communi aliorum, et sic censuit sac. congr. Episcop. et Regul. pro Hospitali de disciplina nuncupato, et confraternitate S. Joannis terræ Caprarolæ diocesis civitatis Castellane sub die 2 Augusti 1641 et 30 Augusti 1642. Et ratio est, quia hujusmodi bona sunt ecclesiastica, et proinde non possunt sine solemnitatibus alienari. (47. Si vero Hospitale non sit erectum auctoritate episcopi nec constet ex signis adductis sub num. 19, esse tale, ipsius bona possunt alienari absque ullo beneplacito apostolico et sine aliis solemnitatibus in alienatione bonorum ecclesiasticorum requisitis; Bald. in Authent. Hoc jus porrectum num. 3 et sequent. cod. de sacrosanct. eccles. Felin, in cap. de quarta, num. 6 et sequent. de præscription., et cap. 2, num. 11, de foro compet. Guttier; Canon. qu., lib. I. c. 35, n. 16; Riccius in Praxi fori Eccles., tit. de alienat. rer. ecclesiastic. 147, num. 4, ac testatur de veriori; Barbosa de Offic. et potest. episc. p. III, alleg. 73, nu. 22 et seq., ac Bonacina in tract. de Alienat. bonor. eccles. p. II, q. un., pun. 2, n. 10 et seq., et in tract. de Feud. et Emphyt. disp. 3, p. 8, punct. 4, num. 21; Pignatell. loc. cit., numer. 4 et seq. et alii; vide verb. *Confra-*

accingenti opponitur, alioquin ut plenis velis ea cognitio ad ecclesiasticos judices debebatur, cum de ipso principum privilegio agatur, apud supremos principes haud facile obtinebitur. (EDIT BARBIELL.)

ternitas, art. 6, num. 5, ubi late ad rem. (48. Ad instantiam domini Dominici Sabbatini parochi Sancti Nicolai in Carcere, contra archihospitale consolationis de urbe fuerunt proposita sequentia dubia.

1 *An liceat ministris consolationis urbis benedicere mulieres post partum, et ova tempore Paschali?*

2 *Retinere confessarios in ecclesia ad audientias populi confessiones?*

3 *Facere processionem per parochiam intra octavam sanctissimi Corporis Christi, et præsertim die in quo fit per ecclesiam parochialem?*

4 *Associare cadavera alibi tumulanda cum cruce, et ab Hospitalibus ad locum catenæ, et impedire parochum ne accedat pro illis ad januas Hospitalium?*

Et ponente eminentissimo Bichio sac. congr. Visitationis apostolicæ die 15 Septembris 1695, respondit.

Ad 1, *negative*.

Ad 2, *negative* de licentia eminentissimi vicarii.

Ad 3, *negative* præterquam intra ecclesiam ductaxat.

Ad 4, *negative*.

Quibus accedit sententia A. C. sub die 23 Decembris ejusdem anni.

(49. Domus nuncupata Hospitale, si non sit constructa auctoritate episcopi ad publicum bonum, non gaudet immunitate; sac. congregat. Immun. in una Montis alti 30 Septemb. 1636, lib. III Dec. Pauluc., pag. 15.

(50. Visitatio Hospitalis incurabiliolum civitatis Neapolis cum monasteriis monialium annexis, spectat ad archiepiscopum; ead. sac. congreg. Immunit. in Neapol. 6 Maii 1631, lib. I Decretal. Pauluc., pag. 77.

(51. Ad episcopum pertinet declarare super immunitate Hospitalis; ead. sac. congr. Immun. in Marianen. 4 Decembris 1694, lib. I Dec. Vallem., pag. 159.

(52. Hospitale non habens requisita, reputatur tamen pro loco immuni communiter, et in pluribus casibus ut tale veneratum, gaudet immunitate, sed injungitur vicario, ut declaret per edictum, deinceps non esse immune; eadem sac. congreg. Immunit. in Spoletana 11 Januarii 1684, lib. III Decret. Altov., pag. 271.

(53. Cortile Hospitalis S. Ægidii Perusie gaudet privilegio immunitatis. At tabernacula, ubi vinum venditur, ob obvianda inconvenientia omnino amoveantur; ead. sac. congreg. Immunit. in Perusina, 12 Junii 1668, lib. I Decret. Altov., pag. 232.

(54. Hospitale S. Mariæ civitatis Amerinæ, dictum Laicorum, gaudet immunitate, cum habeat requisita; ead. sac. congregat. Immunit. in Amerina, 27 Maii 1687.

(55. Hospitale magnum Viterbii non gaudet; ead. sac. congr. immun. in Viterbien. 22 Jun. 1666, lib. Decr. Borrom., pag. 69.

(56. Hospitale quod dicitur de Vagabondi

in loco Fabriani, quod solummodo inservit, ut aiunt, « per dar coperto a poveri, » quamvis erectum auctoritate episcopi ex hactenus deductis non gaudet; eadem sac. congreg. Immun. in Camerin. 7 Maii 1638 lib. Decr. Rocci, p. 84.

(57. Hospitali erecto pro peregrinis, et infirmis episcopus non permittat introduci per modum Hospitalii birruarios, seu alios ministros curiæ laicalis, vel quemlibet alium cum armis, et contra attentantes procedat prout de jure, etiam per censuras; ead. sac. cong. Immun. in Aprutina, 1 Januar. 1676, lib. I Decret. Altov., p. 1139.

(58. Datur episcopo facultas extrahendi a loco immuni triticum pertinens ad Hospitale, quatenus eidem constet de debito Hospitalis erga seminarium, ad effectum solvendi creditoribus; ead. sac. congr., Immun. in Tuderina 9 Jun. 1694, lib. I Decret. Vall., p. 1626.

(59. Item datur facultas perquirendi et extrahendi res furto sublatas reconditas in Hospitali, dummodo res extractæ inservire non possint pro corpore delicti; ead. sac. cong. Immun. in Spoletana, 18 Decemb. d. anni, et lib., p. 162.

(60. Constituto de restitutione, et de consensu partis ac prævio juramento de non incurriendo amplius in similia, observentur consilarii communitatis, qui abduxerant belluas e prædio Hospitalis; ead. sac. cong. Immun. in Casalen. 13 Septem. 1695, d. libr., pag. 213.

(61. Custos Hospitalis durante servitio gaudet privilegio Fori, si Hospitale sit erectum auctoritate ecclesiastica; ead. sac. cong. Immun. in Sulmon. 28 August. 1664, lib. Decret. Rocci, pag. 503 in Ripana, 21 Martii 1645, lib. III Decretal. Pauluc., pag. 248.

(62. Hospitalarius salariatus et ejus familia Hospitalis erecti cum auctoritate ordinaria præstantes assistentiam, et servitium infirmis gaudent privilegio Fori; ead. sac. congr. Immun. in Nullius Atim, 1 Martii 1697, lib. I Dec. Vallem., pag. 175.

(63. Imo Hospitalarius seu addictus servitio Hospitalis gaudet, nedum privilegio Fori, sed etiam exemptione pro bonis; eadem sac. congregat. Immun. in Beneventana, 20 Martii 1630, libr. II Decret. Paul., pag. 3, et 16 Septem. d. anni et lib. pag. 57.

(64. Hospitalarius laicus, qui singulis annis eligitur et deputatur a confraternitate absque approbatione episcopi pro servitio Hospitalis civitatis Albanensis gaudet privilegio Fori; ead. sac. cong. Immun. in ead. 2 Octobr. 1668, lib. I Dec. Altov., pag. 270.

(65. Causa contra Hospitalarium ad ordinarium, non ad gubernatorem spectat; ead. sac. congr. Imm. in Benevent. 17 Decemb. 1650, lib. II, decr. Paul., pag. 67.

(66. Custos Hospitalis defendendus est per ordinarium a molestiis curiæ laicæ; ead. sac. congr. Immun. in Nullius Abbatie S. Rufilii, 20 Novemb. 1695, lib. I Decret. Vall. pag. 231.

(67. Prior Hospitalis ratione turti a se commissi in magazzino Hospitalis, gaudet immu-

nitate ecclesiastica; ead. sac. congr. Immun. in Viterbien. 8 Januarii 1632, lib. II Decret. Paul., pag. 3.

(68. In causa furti qualificati Sanctissimus tribuit Gubernatori Spoleti facultatem procedendi contra Hospitalarium S. Antonii; ead. sac. congreg. Immunit in Interamn., 17 Maii dicti anni et lib., pag. 192.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(69. Frequenter Hospitalia exemptionem præstunt a jurisdictione parochi; quid autem requiratur, ut hospitalia exempta diei queant a jurisdictione parochi ita ut Rectores vice parochi fungantur; expendit Rota in Valentina jurisdictionis super manutentione 26 Junii 1754, coram illustrissimo Figueroa.

ADDITIONES EX EDITIONE BARBIELLINIANA.

(70. Verum quæcunque sint decreta, jura et rationes, quæ ab auctore dantur verb. *Administratio*, num. 3, 4 et 5, longe diversus sensus tribuendus est iis quæ habet concil. Trident. sess. 22, cap. 8 et 9, de Reformat. longeque adeo abfuit ut ordinariis concederetur licentia visitandi Hospitalia, et ab eorum administratoribus rationes et computa exigere, quanquam ex lege foundationis forent exempta, ut aliter in ipsa sess. 22, cap. 8 et 9, de Reform., habet concilium Tridentinum, atque aliter juxta ipsius mentem tradit Fagnan. subdens ulterius id ab eodem fieri non posse, quanquam facere vellet tanquam apostolicæ sedis delegatus; vid. cit. Fagnan. in comment. cap. 4, num. 44, de Religiosis domibus, num. 2; Van-Espen. Jur. ecclesiast. univers. part. II, tit. 37, cap. 2, num. 37; Pasqualig. variar. Quæst. part. I, quæst. 89, nu. 1.

(71. Et quanquam in præcitata sessione 22, concilii Tridentini loc. cit. expresse dicatur,

HOSPITATIO MILITUM.

Vide verbo MILITES a n. 17 ad 26.

HOSPITIA REGULARIUM.

SUMMARIUM.

1. Hospitia non possunt a Regularibus recipi et retineri nisi de licentia speciali sedis apostolicæ, seu sac. congr. et servatis ad unguem omnibus conditionibus requisitis. — 2. Hodie enim prohibitum est Regularibus recipere non solum novos conventus, et ecclesias, sed etiam domos, et quascunque habitationes, sine licentia sedis apostolicæ, et ordinarii. Et quæcunque hospitia aliter recepta, declarata sunt suspensa, et extincta, et fratres, in eis degentes incidunt in pœnas degentium extra claustra. — 3. Episcopi possunt procedere contra regulares in similibus hospitibus degentes. — 4. Pro erectione Hospitalium Regularium observandum est etiam breve Innocentii XI, quod adducitur. — 5. Regulares non possunt sine licentia sedis apost. reducere hospitium in conventum, et oratorium in ecclesiam. — 6. Hospitium simplex non est, ubi adest ecclesia. — 7. Nec etiam locus, ubi januis apertis celebrantur missæ, administrantur sacramenta, sepeliuntur mortuorum cadavera, et pulsantur campanæ, reputari potest simplex Hospitium, sed verus conventus, adeoque

(1. Hospitia non possunt a Regularibus recipi, et retineri nisi de licentia speciali

episcopos tanquam sedis apostolicæ delegatos habere jus visitandi omnia Hospitalia, et sua loca etiam exempta, additur tamen in casibus a jure concessis, et juxta sacrorum canonum statuta, per quæ verba restringitur decretum illud conc. Trident. ad terminos juris communis. Dum itaque Hospitalia non ecclesiastica jure communi non subsunt jurisdictioni episcopi, ita nec post concilium Tridentinum ordinarius habere potest jus visitandi Hospitalia, quæ ex lege foundationis fuerint exempta. Idem dicas, et de iis Hospitalibus, quæ a laicis reguntur quæque sunt sub immediata regum protectione, quæ nedum visitari nequeunt, sed ne rationum quidem, vel administrationis redditu ab episcopis exigi potest. Rem hanc mirifice explicant Fagnan., in cap. de Xenodochiis, de religiosis domibus n. 11; Pirhing. Jus. canon. lib. III, tit. 3, § 4, num. 25; Schmalzgrueber Jus. canon. lib. III, tit. 36, num. 16, 17 et 19, par. 4 Lauren. in decret. lib. III, tit. 36, sub. num. 24; Diana tom. IX, tract. 2, resolut. 288, num. 5 et 6; Pignatell. consultat. 15, num. 4, tom. VII, atque colligitur ex Clement. *Quia contingit*, § 1, de religiosis domibus; et ita sensit sacra congregatio uti refert Barbosa, de Jur. Eccl. lib. II, c. 11, n. 48.

(72. At cum de immediata loquimur regum protectione, non illa generalis protectio, ac tutela intelligenda est, quam principes promittunt, et debent piis omnibus locis, sed de speciali, et expressa protectione, in quam quædam Hospitalia de singulari principis gratia, et fundatorum voluntate recipiuntur: uti etiam immediata protectio principum intelligitur qui regalia sua habent ditione, non principum alteri subjectorum, utisapienter monet Van-Espen. tit. 37, cap. 2, par. II, nu. 32.

pro ejus erectione, et retentione servandæ sunt constitutiones pro erigendis novis conventibus. — 8. Simplex Hospitium non potest habere ecclesiam, sed solum oratorium, privatum, nec campanam, nec ibi administrari possunt sacramenta, nec potest habere continuam permansionem religiosorum, nisi infirmorum, et servientium, nec sepulturam, nisi specialiter concedatur. — 9. Hospitium privatum, justa interveniente causa, facile a sacra congregatione concedi solet Regularibus. — 10. Item et hospitii translatio. — 11. Patres reformati non possunt habere privatum hospitium in illis civitatibus, et oppidis, in quibus moram facere possunt in conventibus Patrum Observantium. — 12. Patres reformati provinciæ Tusciæ non possunt transferre suum antiquum Hospitium ad conventum S. Joannis Baptistæ, alias congregationis Jesuatorum suppressæ, intra mœnia civitatis Florentiæ existentem, sed tenentur remanere in dicto suo antiquo hospicio, servata ejusdem hospitii forma. — 13. Quid vere Hospitium sit. — 14. 16. De solemnitatibus in Hospitii erectione requisitis.

sedis apostolicæ, seu sac. congreg. et servatis ad unguem omnibus conditionibus

præscriptis a sacra congreg. Episcop. et Regul. 15 Septembr. 1690, in decreto relat. sub verb. *Conventus*, art. 1, num. 9, et sæpe sæpius confirmato. Vide ibi. Hodie enim stantibus constitutionibus Gregorii XV, Urbani VIII et Innoc. X, allatis sub d. verb. *Conventus*, art. 1, a n. 3 ad 5. (2. Prohibitum est Regularibus recipere non solum novos conventus, et ecclesias, sed etiam domos, et quascunque alias habitationes sine licentia sedis apostolicæ, et ordinarii: unde sac. congregatio post dictas constitutiones pluries decrevit Hospitia aliter recepta intelligenda esse in futurum suppressa, et extincta, et fratres in eis degentes incidere in pœnas degentium extra claustra, non obstante qualibet exemptione; sic die 14 Sept. 1629, et 7 Aug. 1644, 12 Apr. 1647, 10 Decemb. 1649, 16 Jun. 1650, 15 Jun. 1651, et pluries alibi.

(3. Hinc si episcopi in suis diocesisibus contra præscriptam formam Regularium Hospitia repererint, possunt uti jure suo, et quamprimum sacram. congr. instructam reddere pro opportuno remedio, ut post allata decreta tradit Monacell. tom. I, tit. 6, formul. 19, num. 16.

(4. Pro erectione Hospitalium Regularium observandum est etiam breve Innoc. XI, editum sub die 20 Aprilis 1688, et relatum sub verb. *Conventus*, art. 1, num. 24. Vide ibi.

(5. Regulares non possunt sine sedis apostol. seu sac. congregat. licentia reducere Hospitium in conventum, et oratorium in ecclesiam, ut pluries decrevit sac. congr. Episcop. et Regul. et signanter 14 Junii 1641, 27 April. 1646 et 13 Febr. 1647. (6. Hospitium enim non est, ubi adest ecclesia, alias fraudarentur constitutiones erigendo monasteria sub nomine Hospitalium, ad evitandam illarum pœnam; l. *In fundo* 38, ff. de rei vindicat.; l. *In fraudem* 45, ff. de jure Fisci; l. *Si quid dolo* 1, ff. *Si quid in Fraudem*; leg. *Non est dubium* 5, cod. de legatis ut dicit Rota in Toletana Manutentionis cor. Bevilacqua dec. 225, n. 8, part. XIII, recent.

(7. Nec locus, ubi januis apertis celebrantur missæ, administrantur sacramenta, sepeliuntur mortuorum cadavera, et pulsantur campanæ reputari potest simplex Hospitium, sed signa prædicta, eum demonstrant verum conventum cum sua vera ecclesia, adeoque pro ipsius erectione, aperitione, et retentione servandæ sunt constitutiones de non erigendis novis conventibus; Rota loc. cit., dec. 225, numer. 6, et ibid. dec. 231, num. 12; Lezana part. IV, verb. *Monasteria*, num. 6; Donat. Prax. rer. regul. part. II, tract. 1, quæst. 22, num. 7; Cesped. de Exempt. regul. cap. 1, dub. 6, num. 4, et alii passim. (8. Simplex enim Hospitium habere non posse ecclesiam, sed tantum oratorium privatum cujus ingressus in viam publicam immediate non respondeat, nec posse habere campanam nec ibi posse administrari sacramenta, nec habere continuam permansionem religiosorum, nisi infirmorum, et servientium, nec sepulturam, nisi specialiter concedatur, pluries decrevit sac. congr. Episcop. et Regular. et signanter 7

Januar. 1617, 3 April. 1618, 16 Novemb. 1646, 10 Decembr. 1649, 26 Apr. 1652, apud Nicol. in Flosculis verb. *Hospitium*, num. 1. Vide alia decreta sub verb. *Conventus*, art. 1, num. 9.

(9. Hospitium privatum justa interveniente causa facile solet a sacra cong. Episcop. et Regul. concedi Regularibus, ut pluries concessit, et signanter ead. sac. congreg. in Mantuana Hospitii Roverbell., 8. August. 1710. Ponente eminentiss. cardinali Gozzadino apud Ursayam, tom. I, part. II, discept. 8, num. 19, ibi: « Pro gratia Hospitii privati tantum, » et sic sæpe alibi.

(10. Hospitii translationi locus est, juxta accedente causa, ut posse transferri non semel concessit sac. congreg. Episcop. et Regul., et signanter in Novarien. translationis Hospitii Gallicani, 24 Jul. 1711, ponente eminent. Grimaldo apud Ursayam loco cit., discept. 7, num. 41, ibi: « Arbitrio episcopi pro usu Hospitii tantum. »

(11. Patres Reformati non possunt habere privatum Hospitium in illis civitatibus et oppidis, in quibus moram facere possunt in conventibus Patrum Observantium; sic sac. cong. Episcop. et Regul. in Laudensi, 5 septembr. 1710, ubi in causa vertente inter ipsos Patres Reformatos loci Codunei, et Patres Observantes loci Sancti Columbani, pro jure quæstuandi, tria dubia proposita fuerunt ponente emin. card. de Abdua, ad quorum secundum conceptum his verbis: « II. An liceat eisdem Patribus Reformatis habere Hospitium proprium in dicto loco Sancti Columbani; seu potius debeant hospitari in conventu Minorum Observantium S. Francis sito in dicto loco S. Columbani? » Sic fuit responsum, Ad II. *Negative* quoad primam partem; *affirmative* quoad secundam; sic apud Ursayam t. VIII, part. I, discept. 40, a num. 142.

(12. Patres Reformati provinciæ Tusciæ non possunt transferre suum antiquum Hospitium ad conventum S. Joannis Baptistæ, alias congregationis fratrum Jesuatorum suppressæ, intra mœnia civitatis Florentiæ existentem, sed tenentur remanere in dicto suo antiquo Hospicio, servata ejusdem Hospitii forma; sac. cong. Episc. et Regular. in Florentina 26 Martii 1677, apud Matthæuc. offic. curiæ quoad conventus sub num. 23.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(13. Hospitium vere et proprie dicitur illud, quod deservit, ut inquit Rota in Eystetent. Foundationis Hospitii, 27 Jun. 1729, § 15, coram bon. mem. Ratto inter impressas dec. 238, num. 23, tantummodo pro recipiendis religiosis itinerantibus, et in quo propterea nulla servatur forma regularis, non erigitur ecclesia seu oratorium formale cum janua in via publica, seu tantum oratorium internum ad effectum inibi missas, et oratorium privatum celebrandi, non administrantur sacramenta non fiunt publicæ conclusiones, nec divina, aliæ functiones peraguntur, non tumulantur cadavera, nec retinentur